

## PREMIER INDULT DE S. S. LE PAPE PIE IX,

*accordant à Mgr. l'Archevêque de Québec le droit de conférer les degrés en Théologie.*

Ex audientia SSmi habita die 6a martii 1853.

SSimus Dominus Noster Pius Divina Providentia PP. IX, referente me infrascripto Sac. Congregationis de Propaganda Fide Secretario, attentis precibus RR. PP. DD. Archiepiscopi Quebecensis atque Episcoporum Provincie Canadensis; ad Religionis bonum promovendum, atque ut Ecclesiastici viri ad sacras disciplinas rite addiscendas excitentur impensius, ac dénum Catholicae Universitatis decori prospiciatur, benigne annuit ut Quebecensis Archiepiscopus pro tempore existens Lauream Doctoralem et gradus in Sacra Theologia cum juribus et privilegiis consuetis conferre valeat iis qui viue integritate ceteroquin præstantes, postquam Litteris ac Philosophiae sedulo vacaverint, in studia sacra plures in classes distributa apud scholas Seminarii Quebecensis rite incubuerint, quoad Lauream vero saltem per quatuor annos, omnes insuper profectus sui præclarum edant experimentum, servatis servandis, atque imprimis emissa Fidei Catholice professione juxta formulam a S. M. Pio IV editam: contrariis quibuscumque haud obstantibus.

Dat. Romæ ex Edibus dic. Sac. Congregationis, die et anno quibus supra.

L. S.

"AL. BARNABO A SECRETIS."

## SECOND INDULT

*concernant la Faculté de Théologie.*

BEATISSIME PATER,

Sacerdos Elzearus-Alexander Taschereau, Rector Universitatis Lavallensis in civitate Quebecensi, ut predicta Universitas facilius possit intentum scopum attingere, humiliter postulat ut Sanctitas Vesta concedere dignetur Archiepiscopo Quebe-